



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 58. Quid cauendum illis, qui loqui volunt.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

Holofernem orat. Iudith. 9. 13. *Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labijs charitatis meae.* Et vers. 18. *Memento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo & in corde meo consilium corrobora, &c.* Huic petitioni Dominum annuisse patet. cap. 11. 18. cum dicitur de Iudith. *Placuerunt autem omnia verba hac coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum. Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.*

CAPVT LVIII.

Septendecim praecepta obseruanda illi
qui loqui voluerit.

I.

Assidua non sit in ore tuo nominatio Dei. Quod cauet Ecclesi. 23. 10. dicens. *Nominatio Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiscearis, quia non*

Assidua nominatio Dei cauenda.

eris immunis ab eis.

2. Non affuescat os tuum iurationi. Eccli. 23. 9. *Iurationi non affuescat os tuū, multi enim casus in illa.* Et capit. 27. 15. *Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet, & irreuerentia ipsius obturatio aurium.*

3. Non affuescat indisciplinatæ loquelæ, ibidem cap. 23. 17. *Indisciplinata loquela non affuescat os tuum, est enim in illa verbum peccati.* Vide quoq; infrà num. 5.

4. Non debemus esse citati in lingua loquendo, sed consideratè loqui, ita enim est Eccli. capit. 4. vers. 34. *Noli esse citatus in lingua, & inutilis, & remissus in operibus tuis.* Et Prouerbior. 29. 20. *Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quàm ipsius correptio.* Vide etiam quæ diximus cap. 47. num. 1.

5. Videre, ne confundamur aut capiamur in lingua, neuè cer-

temus,

Nō affuescat indisciplinatæ loquela. Ne citatus in lingua.

Ne confundamur in ea.

temus, de re, quæ nos non molestat. De primo nos commonuit Ecclesiasticus, 5. 14. *Si est tibi intellectus respōde proximo tuo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.* De altero idem Ecclesiasticus loquitur cap. 11. 9. *De ea re quare non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas.*

6. Coercere debemus & prohibere linguā à malo, Psal. 33. 14. 1. Pet. 3. 10. vt citauim⁹ suprà c. 31. n. 3.

Coercē
da à
malo.

7. A detractione debemus cauere, murmure & mendacio, iuxta id Sap. 1. 11. *Custodite vos à murmuratione, & à detractione parcite lingua, quoniā sermo obscurus in vacuū non abibit; os autē quod mentitur occidit animā.* Vide plura cap. 59. lit. D. n. 1. & lit. M. n. 8. 9. 10. 11. 12.

A detractione
caue.

8. Ne loquatur quis vt cognati & parentes Tobix, vt derideat vitam & exempla sanctorum, lo-

Ne Sa
ctos
ideas

quendo

quendo. Dicitur enim Tob. 2. 15.
 Nam sicut beato Iob insultabant re-
 ges ita isti, Tobiae scilicet, parentes
 & cognati eius irridebant vitam eius
 dicentes. Ubi est spes tua, pro qua e-
 leemosynas & sepulturas faciebas?
 Tobias vero increpabat suos, dicens.
 Nolite ita loqui, quoniam filij sancto-
 rum sumus, & vitam illam expecta-
 mus, quam Deus daturus est his, qui
 fidem suam nunquam mutant ab eo.

Ne ta-
 sum
 lingua
 diliga-
 mus.

9. Ut videamur non tantum
 lingua diligere. Hinc, 1. Ioan. 3. 18.
 Filioli non diligamus verbo neque lin-
 gua, sed opere & veritate.

Ne la-
 tes
 mus.

10. Attendere, ne aliquem la-
 temus in labijs nostris, iuxta id
 Prouerb. 24. 28. Ne sis testis fru-
 stra contra proximum tuum, nec laetes
 quenquam labijs tuis.

Ne te
 laudes

11. Ne te ipsum loquendo ni-
 mium laudes. Vnde Prouer. 27. 2.
 Laudet te alienus & non os tuum: ex-
 traneus & non labia tua.

12. Apud magnates & senes Ne multū loquaris.
 non multum loquaris. Eccli. 32.
 12. *In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. In medio magnatorum ne præsumas, & ubi sunt senes non multum loquaris. Plura vide cap. 49. num. 7.*

13. Mala non nominanda in nobis secundum D. Pauli consiliū Mala non nominas.
 dicentis. Eph. 5. 3. *Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitude, aut stultiloquium, aut scurrilitas, que ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Et Col. 3. 8. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Quin potius vt est 1. Reg. 2. 3. Recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est. Vide Ephes. 4. 29. vt infra. num. 17.*

14. A prophanis & vanilo-

quijs

Evangelii abstinere quijs abſtine, ſecundum id, 2. Tim. 2. 16. *Prophana & vaniloquia deſiſta, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut cancer ſerpi, &c.*

Ne ſcandalosa 15. Ne quid dicas in quo ipſe ſcandalizeris, multi enim multa dicunt, quæ poſtea vellent reticuiſſe, de quibus egimus ſuprà cap. 27. num. 2. & hoc eſt quòd dicitur Eccleſiaſtici, 1. 37. *Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & ne ſcandalizeris in labijs tuis.*

Ne ſophiſtica. 16. Ne ſophiſticè loquaris, cuius certiffimam rationem dat Eccleſiaſticus, Eccli. 37. 23. *Qui ſophiſticè loquitur odibilis eſt: in omni re defraudabitur. Non eſt enim illi data à Domino gratia, omni enim ſapientia defraudatus eſt.*

Vt bona dicamus. 17. Demum ſervandum præſcriptum D. Pauli Eph. 4. 29. ità dicentis. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad edificationem fidei, ut det gratiam*

audien

audientibus. Vide plura n. 13. Huic præcepto insistentes, trademus primò ea quæ mali loquuntur, & quæ ad os, labia, linguam, sermonem & verba spectant malorum, capite sequenti 59. 125. numeris & qualitatibus. Deinde ea quæ boni loqui debent, quæq; ad eorum sermonem & linguam spectant cap. 60. centum septendecim numeris, & qualitatibus, idq; ordine Alphabetico.

CAPVT LIX.

Centum viginti quinque vitia, quæ ex malorum labijs, lingua, ore, sermone & verbis oriuntur, & cuius Christiano homini vitanda sunt ordine Alphabetico traduntur.

A.

A.

1. Alienæ mulieris os seu lingua, est fouea profunda. Hinc Prou. 22. 14. *Fouea profunda os aliena: cui iratus est Dominus, incidet in eam.*

2. Os Alcimi periuri Iudæi, qui adeptus Sacerdotio, Mach. 9. 54. ore suo. *Præcepit destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera Prophetarum: & cœpit destruere. In tempore*

illo